

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library &amp; Museum, MS M. 855]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 21.

Cod. XIV. n. 1. 2.

21.

Cod. XIV. <sup>oldest</sup>1.  
2. 1.

Membran. Fol.

Calendarium  
Benedictinum.

Elegantissime scriptus, uti videtur Sac. 14. Continet  
Calendarium Benedictinum, ad exemplar Calenda-  
rii Mosacensis II<sup>o</sup> conditum. Confer Frid. Alt.  
hanum de Calendaris pag 130. item pag. 92. ubi ait,  
hoc Calendarium Mosac. II. duodecimo vel ineunte tertio  
decimo saeculo descriptum fuisse. Ceterum nulum occur-  
rit festum Sancti ex ord. Prodic. vel Minorum; nec com-  
memoratio fid. d.ctorum; et V. id. May legitur: Udal-  
shalci fundat nri, quod ultimum manum contra-  
tris nostri prodit.

Antiphonarius.

2.

(a) Liturgiæ la.  
Tini T. 2. p. 62.

Antiphonarium I. Gregorii per circulum anni, cum  
notis musicis, eodem modo et ordine, quo editus est  
a Pamela (a) usque ad dominicam 2<sup>o</sup> post Pentecosten.  
Huic subjunguntur alii Antiphonarii; quos Pamela non  
habet; nempe, de Apostolis, de Martyribus, de uno Mar-  
tyre, de Confessoribus, de virginibus, de D. N. V. Post  
sequuntur iteratis vicibus versimiliter pro diversitate  
cantus Kyrie eleison, gloria et credo, tum Missa  
de venerabili sacramento, hymni Missarum seu se-  
quentia et orationes.

Antiphonarius liber dicitur, qui Antiphonas; Missa-  
rum introitus; gradalia, et responsoria continet.  
Appellatur etiam a Graduali Graduale, a respons. respon-  
soriarius, troponarius vero, qui continet tropos, id est,  
cantus. Ediderunt illum Guffanvillous, Pamela.  
Cudinus Tom. I. Sect. VI. Col. 1306. eum inter apoery-  
pha rejecit, adscribens euidam monacho S. Dionysii Sac.  
XI. v. sequentis; aut Patres Mauriani in edit. opp. S.  
Gregorii T. 9. huic tanquam collectorum vindicarunt.  
Nota musica maxime sunt similes iis, quas  
ex Cod. Ms. Saeculi circiter XV. exhibet Gerter.  
Lus de Musica Sacra B. 2. p. 62. Tab. XVII.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library &amp; Museum, MS M. 855]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 22.

22.

Cod. XIV. n. 3. Cod. XV.

Sacramenta  
rius.

3.

Sacramentarium, seu librum Sacramentorum S. Gregorii. Continet Collectas, seu orationes Missarum, Epistolas, unde etiam Epistolarium dicitur. Prelo sub miserunt Guesarvillous, Menardus, et novissime Patres Mauriani opp. S. Greg. T. 3.

Digna quoque est quo legatur, prolatio ad novam editionem Operum Thomasi Cardinalis, durante Vix. Josio, Lomo, 1750. Tomo 3.

Cod. XV. <sup>deest</sup>

Membran. Fol. 302. 14.

4 Evangelia.

1.  
2.2.

Eadem qua prior elegantia exaratus. Comprehendit 4 Evangelia latina vulgata versionis, capitulum autem divisio alia, versuum plane nulla. Reliqua facies hae. Folio primo incipiunt capitula lectionum Evangelii, seu indea partium earum, quae quoties festo per annum in Ecclesia leguntur, alias etiam dictus Capitulare Evangeliorum; hae 18 folia complent. - Folio sequenti incipit prologus nempe S. Hieronymi in Commentar. Super Matth. Plures fuisse, qui Evangelia scripserunt, sed mutilatus; finitur enim verbis: quam ecclesiasticis viris canendas. Vid. Martianay Opp. S. Hier. Paris. T. 4. - Folio 21 legitur: Singulis Evangelii ab uno incipiens, quod fragmentum est Prolationis non sequentis. Nam pagina averfa incipit S. Hieronymi nota Prolatio in 4 Evangelistas ad Damasum Papam: Novum opus me facere, quod a scriptore amissum; eos ex veteri, verum et hanc cum precedenti fragmento truncare placuit scriptori. - Alter istam excipit Prologus Super Matthaeum: "Matthaeus ex judaea, sicut in ordine primus ponitur, cuius auctor ab Eruditis ignoratur. Editus est a Martiano ante Evangelium Matthaei secundum versionem Italicam sine indicio

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 85]**

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27389](https://manuscripta.at/?ID=27389)